





DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE

Succeſſione ab Inteſtato.

QUAM

PRÆSIDE DEO TER. OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. WOLFERDI SENGUERDII, L. A.M.
Phil. & J. U. Doct. illiuſque in Illuſtri Academiâ
Lugd.-Bat. Profeſſ. ordinarii, celeberrimi, &c.

NEC NON

*Ampliſſimi Senatus Academici Conſenſu, & Nobiliſſimæ
Facultatis* JURIDICÆ *Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summiſque in Jure utroque Honoribus & Privilegiis ritè ac legitimè conſequendis,

Publico examini ſubjicit

JOHANNIS DE ZEE, Medenb. Weſt. Friſ.

Ad diem 28 Septemb. loco horiſque ſolitis.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,
Academiæ Typograph. MDC LXXXV.

Generosissimis, Spectatimisque,

VIRIS

D. JOHANNI DE ZEE, Chomarcho quotuor Chonatum Cohlandiæ Borealis, quondam Reipub. Medenb. Consuli patri omnibus obsequiis prosequendo.

D. CASPARO à WALLENDAL, ad Ordin. Coll. Hollandiæ ac West-Frisiæ Deputato gravissimo, & ordin. West-Frisiæ quæstori, à Secretis apud Medenb. cognato meo acutissimo.

Hanc disputationem inauguralem;

JOHANNIS DE ZEE, J. F.


AUCTOR.





DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
Successione ab Intestato.

THESIS I.



uamvis multæ in toto juris oceano materiæ existunt, ex quibus disputationes produci possunt, tamen nulla mihi magis arrisit, quam hac, vobis oculis exponere, ut bona post mortem jacentia ad hæredes pervenirent, scilicet ex testamento, quando quis hæres in testamento scriptus est *l.* 89. *D. de Reg. Jur.* vel ex lege, idest ab intestato quanquis absque testamento obiit, & hoc quatuor modis fit, ut patet ex *pr. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* 1. qui aut omnino non fecit test., cum quis facere possit, & de bonis post mortem relinquentibus in eo non disposuerit, 2. vel jure non fecit, V, Gr. in te-

testamento requiruntur septem testes *pr. Inst. de test. ordin.* & septem non adhibuerit, 3. vel testamentum quod fecit, ruptum irritumque factum est, scil. per maximam & mediam capitis diminutionem, *§. 4. Inst. de hæred. qualit. & differ.* vel ultimo demum loco: si in condito testamento hæredem non instituerit, sine hæredis enim institutione testamentum non valet, quia est principale menbrum testamenti, & deficiente re principali deficit etiam accessiorium.

II.

Quot ergo modi succedendi jure veteri fuerint, in medio relinquimus, sed illos ordines, qui jure novo in usu sunt, explicabimus, quot ergo modi fuerint, & dicendum, in universum sex esse, scil. descendentium, adscendentium, collateralium, conjugis, collegiorum, & demum fisci.

III.

Sed ut omnia accurate & distincte difiniamus, quinam ad successionem ab inteslato veniunt, necesse est, ut primo explicemus gradus, nam cognoscere gradus Jurescon sulto, opus est, ut inde colligere possit, si plures sint hæredes, quinam in successione præferuntur, q. ergo in descondentibus in quoto gradu mihi abnepos conjunctus est, resp. in quarto gradu, scil. descendendo, ut V. Gr. ego, filius, nepos, pronepos, abnepos, non obstante ea regula, quot sunt personæ tot sunt gradus, nam illa procedit, scilicet uno stipite dempto, & sic me dempto, superstites adhuc sunt quatuor personæ, ex quibus patet, abnepotem mihi in quarto gradu conjunctam esse, q. deinde in ascendentibus, in quoto gradu atavus est, respond. in quinto gradu, scilicet adsendendo, ut ego, avus, proavus, abavus, atavus, & progrediendum tum est, ut ex superioribus patet, ultimo q. in collateralibus, in quoto gradu Patrui mei filia mihi conjuncta est, & dicendum, in quarto, ut V. Gr. primo, adscendendo ad communem stipitem, ut ego, pater, avus, & tum iterum descendendo ad eam personam, de quo scire volo, ut patruus, qui est, ipsius pater, & patrui mei filia, porro ex præcedentibus, & sic enumerantur gradus.

IV.

Gradibus jamjam expositis enumeratisque, transeamus ad ipsam successionem q. ergo quinam primo veniunt, respond. de-

descendentes , & descendentium appellatione continentur , filius nepos , pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, & qui ultra trinepotem sunt , non habent propria promina, sed vulgo appellantur minores sive posteri, *l. 10. §. 7. D. de gradib. affinit.* q. si quis ergo reliquerit duos filios , quomodo dividenda est hæreditas , respond. in duas aquales partes , siquis ergo reliquerit duos filios , ex uno filio præmortuo supersunt tres nepotes ut V. Gr.

Joannis { Jacobus

* Maria } *Paulus { Petrus, Theodorus, Paulus.

Johannis duxit Mariam uxorem; & procreaverunt Jacobum & Paulum , Paulus post mortem suam reliquit tres filios , jam Maria & Paulo præmortuis , reliquit Johannis testator unum filium & tres nepotes , q. quomodo dividenda est hæreditas , resp. iterum in duas aqualas partes , sic ut una pars competeret filio , altera tribus nepotibus, si quis dicat gradu proximior excludit remotiorem, filius est in primo; nepotes in secundo gradu , resp. cessat in linea descendenti propter jus repræsentationis , quod se extendit usque ad infinitum, sic ut trinepos succederet una cum filiis, scilicet proximioribus personis præmortuis, sed q. quid est jus repræsentationis , resp. est succedere in locum patris prædefuncti, & tantum de hæreditate capere, quantum pater, si vixisset, caperet, q. adhuc si quis reliquerit duos filios,& ex uno filio præmortuo tres nepotes, & ex altero sex , quomodo jam resp. iterum in duas partes , q. an succedunt in stirpes an in capita resp. in stirpes , eo nonobstante, pari gradu pariter admittuntur, & per consequens in capita non in stirpes , respond. non admittitur in linea descendenti, semper enim succedunt in stirpes nunquam in capita , nam omnes ex uno stipite descendentes habentur pro una persona. Q. si post mortem testaroris superest pater & filius, an pater filium, an filius patrem excludit , an vero pariter ad successionem vocantur resp. filius excludit patrem , quia descendentes semper præferuntur adscendentibus.

V.

Exordiamur jam lineam adſcendentium, q. quinam veniunt reſp. adſcendentium appellatione veniunt, pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, & qui ultra tritavum ſunt, non habent propria nomina, ſed appellatur vulgo majores, *l. 4. §. 3. D. de in jus vocando.* Si quis reliquerit patrem & avum ut V. Gr.

Jacobus { Theodorus { Paulus.
* Anna } * Catharina }

Jacobus duxit, Annam, Theodorum procreaverunt, Theodorus Catharinam duxit, Paulum procreaverunt, Anna & Catharina præmortuis, Paulus inteſtatus diſceſſit, reliquit Theodorum patrem, & Jacobum avum, quomodo hæreditas Pauli dividenda eſt, reſpond. tota hæreditas competit patri, in aſcendentibus enim regula locum habet gradu proximior excludit remotiorem q. ſi quis reliquerit, avum & aviam à parte patris, avum & aviam à parte matris, qui jam dividenda eſt hæreditas reſp. in duas partes ſicut alteram habituri ſunt, avus & avia à parte patris, alteram vero avus & avia à parte matris *Nov. 118. Cap. 3. pr. & verſ. S.* autem, q. ſi poſt teſtatoris mortem adhuc in vita ſunt, à parte patris avus & avia, & à parte matris avus tantum, quomodo eo caſu. Reſp. iterum duas æquales partes ut patet ex *dict. verſ.* ſi autem.

V I.

Deſicientibus deſcendentibus & adſcendentibus, ſuccedit linea collateralis, & primo veniunt fratres, fratres in ſpecie tres ſunt, vel Germani qui eundem patrem, eandemque matrem, conſanguinei, qui eundem patrem, ſed diverſam matrem, vel uterini, qui diverſum patrem, eandemque matrem habuerunt, ſi defunctus ergo reliquerit, patrem, matrem, & tres fratres Germanos, quomodo jam reſp. In quinque partes, porro q. ſi quis reliquerit patrem, matrem, & tres fratris præmortui Germani filios, qui jam, reſp. iterum in tres partes, filii enim fratris Germani præmortui ſuccedunt jure repræſentationis, nam jus repræſentationis ſe extendit in linea collaterali uſque ad fratris Germani præmortui filios *Nov. 127. Cap. 1.*

VII. Qui

VII.

Q. jam an fratres Germani excludunt consanguineos, & uterinos, affirm. ut V. Gr.

* Jacobus	{	Theodorus
		Paulus
* Maria		Petrus

* Johannis	{	Albertus
		Adamus.

Jacobus duxit uxorem Mariam, & procreaverunt Theodorum Paulum & Petrum, post mortem Jacobi ipsius uxor nubit Johanni, & procreaverunt Albertum & Adamum, Maria & Johanne præmortuis, moritur Petrus, sine testamento, relinquens duos fratres Germanos, & duos uterinos q. ad quos jam pertinebit hæreditas, resp. tota ad fratres Germanos, propter duplex sanguinis vinculum pertinebit. *Nov.* 118. *Cap.* 3. *pr.* & sic obtinet etiam in fratris Germani filiis *d. Nov. Cap.* 3. *pr.* Sed nepotes non præseruntur fratribus uterinis, quia jus repræsentationis non extenditur in linea collaterali ut dictum est, *Cap.* 3. *vers.* unde hujusmodi si quis ergo reliquerit fratres uterinos & consanguneos, quomodo tum succedunt, respond. simul *Cap.* 3. *pr.* sic etiam in illorum filiis obtinet *Cap.* 3. *vers.* hujus jam. Si nec nepotes sint, reliqui succedunt eo modo, gradu proximior excludit remotiorem, patruus enim & avunculus succedunt simul jure novo, omissis agnatorum & cognatorum differentiis. *Cap.* 3. §. 1. Q. non relictis cognatis qui tum succedunt resp. conjux conjugi *l. unica Cod. unde vir & uxor.* uxore etiam deficiente q. qui jam, resp. si sit miles cohors aut legio *l.* 6. §. 7. *in fine de injusto rupt. & irrit. test.* si sit collegiorum menbrum collegium, & omnibus denique deficientibus succedit demum fiscus *l. unic. Cod. de caducis tollend.*

Sat. cito, si sat. bene.

CO-

CORROLLARIA.

I.

Consensus parentum in nuptiis requiritur.

II.

Servus non habet bona propria.

III.

Tutor datur personæ principaliter, non bonis.

IV.

Mulier potest esse testis in codicillis.

V.

Sed non in testamentis.

VI.

Tutor Libello se excusare non potest atutela.

FINIS.